



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

7. Dies Augusti. Nec referre potest Gratiam, nisi qui meminit; & qui
meminit, jam refert. Seneca lib. 2. de benef. capite 24.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55659

612 Christiani Militis

Augustus

sigillo, (a) Perde ne pereas; dona ut acquiras; semina
ut metas: & audias hoc non tam meum scribentis,
quam Poetæ canentis monitum:

Cum sis in mensa, primum de paupere pensa.

7. DIES AUGUSTI.

Nec referre potest Gratiam, nisi qui meminit; & qui
meminit, jam refert. Seneca lib. 2. de benef. ca.
pue 2.4.

Gratitu-
do erga
homines.

Cui relata est gratia, ille deber
esse relatæ memoriae; ut in
hodierna Tessera mouet Se-
neca. Præter exemplo univerla

Natura. Sic enim ima summis in mundo consentie
Sapientes asserunt, ut nullum sit beneficium sine gra-
titudine; licet ad causam, cui defertur, non perve-
niat. Philolaus dixit; (b) Suffimenta aquæ, & ter-
ræ, esse tributa quæ persolvunt; incruenta sacrificia,
quæ litant cælo regnanti. Quo plus arbores rece-
perint à terra; illi radicibus magis adhærent, & in
grati animi signum, parentem exornant granuli-
mis frondibus, amœnissimis floribus, & fœcundis-
simis locupletant seminibus. Corvi, aquilæ, accipi-
tres, sui juris effecti, & à parentibus emancipati illis
loco cedunt, ne videantur æmuli rapinæ, unicui-
que enim, ex illis magno ad populandum, ut satie-
tur, opus est tractu. Ita cum adolevit apum juventus,
& ad laborem roborata convaluit, relinquitur li-
ber parentibus locus. Magnum hoc est homini do-
cumentum, de gratitudine parentibus exhibenda.
Sed generatiū observandum est, ne leges Gratitu-

dins

(a) De verb. Dom. serm. 35. (b) Plin. lio. c. 3.

dinis violemus ; quod p̄iæscr̄bit Romanus Philosop̄hus, his verbis : (a) *Hæc beneficij inter duos lex est : alter statim obliuisci debet dati : alter accepti nunquam.*

II. Præcelluit gratitudinis virtute Philippus, qui Hipparcho Enboico vitâ defuncto , ingenti dolore præ se ferebat , quām illius mortem acerbè ferrer. Itaque cuidam volenti dolorem illius mitigare , dicentique : Attamen ille tempestiè decessit , jam natu grandis. Sibi quidem ipsi , inquit Philippus , tempestivè decessit , sed mihi præproperè. Mors enim illum anticipavit , priusquam à me beneficium acceperit nostrâ dignum amicitiâ. Porrò , ut quis absolvat omnes numeros hominis grati ; haec sunt obſervanda ex mente Senecæ. Primò , requiritur in accipiente beneficium , æstimatio beneficij , & ejusdem æstimati continuata memoria. Sic ergò ipse : (b) *Nihil magis præstandum est , quām ut memoria nobis meritorum hæreat , que subinde refricanda est , &c.* Item alibi : (c) *Qui meminit , sine impendio gratus est.* Imò , sic potest gratis esse gratus. Nullo enim constat quæstu ; meminisse. Sicut enim , ubi deest faciendi facultas , apud Deum , vel voluisse lat est : sic apud homines prudentes , ut sis gratus , vel meminisse lat est. Secundò , debet in accipiente beneficium , grata esse ejusdem acceptario. Sic enim idem : (d) *Cùm accipiendum judicaverimus , hilares accipiamus , profitentes gaudium ; & id danti manifestum sit , ut fructum præsentem capiat : Justa enim caritatitiae est , latum amicum videre ; justior fecisse , &c.* Paulò post : *Nullo magis Cæarem Augustum deme-*

QQ 3 ruit,

(a) *Seneca de benef. l. 2. c. 10.* (b) *l. 2. de benef. c. 24.*
(c) *l. 3. c. 2.* (d) *l. 2. c. 22.*

614 *Christiani Militis.* Augustus
ruit, & ad alia imperanda facilem sibi reddidit Fur-
nus; quam quod, cum patri Antonianas partes secuto,
veniam impetrasset, dixit: *Hanc unam Cesar habeo in-*
juriam tuam; esse isti, ut vivere, & morerer ingratius.
Videlicet, nemo non gaudet beneficium suum latius
patere.

III. Tertio, Agendae sunt & gratiae. Seneca vult
hanc gratiarum actionem esse publicam : (a) Quo-
modo danti in tantum producenda est notitia muneris suu-
mum, in quantum delectaura est eum, cui datur: ita accipien-
ti, adhibenda concio est. *Quod pudet debere, ne accepte-*
ris. *Quidam* furtive agunt gratias, & in angulo, & ad
aurem. Non est ista verecundia, sed inficiandi geru-
gratus est, qui remotis arbitris agit gratias. *Quidam* no-
lunt nomina secum fieri, nec interponi patarios, nec signa-
tores advenire, nec chirographum dare. Idem faciunt
qui dant operam, ut beneficium in ipsis collatum quam
ignotissimum sit. Verentur palam ferre; ut suâ potius
virtute, quam alieno adjutorio consecuti dicantur. Ad
extremum, priores aetatis vani, & inanes; nec intror-
sum pervadentes, sed in extremis labiis nati centen-
tut, si supererent rependi facultate & occasione, ste-
rilis sit, qui beneficium accepit. Hanc esse turpis-
mam mortem, ex sententia Socratis, legitur apud
Antoninum. (b) Socrates, inquit, Perdicax quaren-
ti, cur non ad ipsum veniret; respondit: Neturpi-
simus interitu peream, hoc est, ne beneficio affectus
id non possim compensare. Scitè hic Salvianus: (c)
Et natura ipsa hominum, consuetudoque communis, hac
quasi generali cunctos lege constringit: ut à quibus ali-
quid liberalitatis accipimus, plus eis gratiae debeamus.

Arctat

(a) l.2.suprà c.23. (b) l.11.num.22. (c) l.4.ad Eccles

Augustus.

Tessera.

615

Arctat quippe nos ad retribuionem dati accepta largitio. Ante usum enim, & munificentiam liberalitatis aliena liber est quispiam, beneficiorum fœnore non gravatus. Coguntur autem omnes ipsa conscientia sua ad repensationem vicissitudinis, postquam cuperint debitores. Hinc audi salubria suadentem:

Gratia quando datur, studeas ut restituatur.

8. DIES AUGUSTI.

Totum quod es, illi debes, à quo totum habes. S. Bernard. serm. de 40. debit.

Gratitu-
do erga
Deum.

O Homo, quād immersus es
undique Beneficiā Dei!
Quidquid agit, beneficium
est, & illud tuum est benefi-
cium. Natura Dei idēo est benefica; quia nihil extra
se potest agere, quod non sit beneficium: & benefi-
cium, quod uni confert; non solum illi, sed omnibus
conferre necesse est. Velut lumina, ipse Pater lumi-
num, diffundit sua munera; quia sine diminutione
sui communicatur omnibus, & pro omnibus. Quid-
quid jaculatur Sol, lux est; omnis per illam videre
possunt, nisi claudant oculos. Quidquid efficit Deus,
beneficium est; & per illud omnes sibi prodesse pos-
sunt, nisi sint vel maligni, vel insani. Pulchritudine illis
beneficiis S. Bernardus (a) Ecce in januis est, qui fecit
calum & terram, & Creator tuus est, & tu creatura: tu
servus, ille Dominus; ille filius, tu figuratum. Totum
ergo, quod es, illi debes, à quo totum habes: qui & te fe-
cit, & benefecit tibi, qui tibi ministrat siderum cursus,
aeris temperiem, fæcundatatem terræ, fructuum uberta-
tem. Non minus nervosè S. Augustinus: (b) Confiteor
tibi

(a) suprà. (b) Solilog. c. 28.